

## INTRODUCCION

En 1987, dentro de esta *Colección de Fuentes Documentales del País Vasco*, Margarita Martín González publicó los diplomas expedidos por Teobaldo I de Navarra (1234-1253), añadiendo otros privados relacionados con actos de gobierno del reino y varios contratos feudovasalláticos. En total la serie reunía 161 piezas, de las cuales, por error tipográfico, no se incluyó la número 113.

La presente colección completa la anterior, con la totalidad de los documentos de este reinado conservados en el Archivo General de Navarra. Comprende cuatro actas expedidas por el rey, además de la olvidada en la publicación de M. Martín, tres del rey Jaime I de Aragón, dieciocho bulas, de ellas nueve referentes a la cruzada dirigida por Teobaldo a Tierra Santa en 1239, y catorce documentos privados. Se han conservado 26 diplomas originales en la sección de *Comptos*, 12 copias procedentes de los *Cartularios* I, II, III y IV, y 12 copias más. De estas últimas, cuatro proceden de la sección de *Comptos* del Archivo General, dos están insertas en originales, dos (bulas) se incluyeron en los *Registros Vaticanos*, dos se conservan en el Archivo Municipal de Tudela, y sendas en la sección de *Papeles Sueltos* y *Papeles de Moret* del AGN. Además existen otros tres originales más en la sección de *Papeles Sueltos*, la Colegiata de Roncesvalles y el Archivo de la Corona de Aragón. Del documento **38** había dos copias en el Archivo Ducal de Villahermosa, donde las vio el P. Escalada en 1931. Hoy los legajos que las incluían se han perdido<sup>1</sup>.

Por su importancia, cabe resaltar los documentos **34** y **35**, que contienen las indemnizaciones generadas por la guerra que Teobaldo sostuvo con Inglaterra en Gascuña, hacia 1244. Algunas de las quejas se remontan a 1238 y otras llegan hasta el momento mismo de las negociaciones entre ambas potencias que motivaron dichos diplomas, en 1248. Estos documentos habían pasado desapercibidos para los historiadores navarros, ya que J. M. Castro los catalogó erróneamente, datándolos en 1308. La fecha se ha reconstruido teniendo en cuenta la documentación coetánea navarra y, sobre todo, inglesa. El contexto político de

---

1. N. de DIEGO, *Fondos*, p. 118.

los acontecimientos ha sido estudiado por mí misma como prolegómeno de las relaciones entre Navarra e Inglaterra en el reinado de Teobaldo II (1253-1270)<sup>2</sup>

He creído necesario igualmente rectificar el topónimo *Acella*, al que se refiere J.R. Castro al catalogar el documento **21**. No se trata de un convento situado en el término navarro de Acella, junto a Pamplona, sino del monasterio de San Pedro de Montier-la-Celle, al suroeste de Troyes, fundado en el siglo VII<sup>3</sup>. El nombramiento de abad, al que alude el diploma, se halla documentado en los archivos franceses el 23 de febrero de 1242. El rey de Navarra, como conde de Champaña, era patrono de dicha institución y el prior y el convento pidieron a Teobaldo I autorización para elegir sucesor al abad Juan<sup>4</sup>. La decisión, en la persona del abad Pedro de Maello, fué comunicada al rey el 18 de agosto de 1243, y el correspondiente documento se conservó en Navarra, donde se encontraba entonces el monarca<sup>5</sup>.

Los documentos **34** y **35** presentan especiales dificultades a la hora de identificar la abundante toponimia, en muchos casos menor, de, Ultrapuertos, Labourd, Soule, y otras tierras gasconas en disputa entre Navarra e Inglaterra. A menudo esta reconstrucción no ha sido posible y se ha recogido en el Índice el término con la grafía con la que aparece en el original<sup>6</sup>.

---

2. M<sup>a</sup> R. GARCÍA, *Navarra*, p. 111-112.

3. T. BOUTIOT, *Histoire*, I, p. 116-117.

4. H. d'ARBOIS, *Histoire*, V, p. 385, núm. 2588.

5. M. MARTÍN, *Colección*, p. 21.

6. La mayoría de las identificaciones proceden del *Dictionnaire* de P. RAYMOND. Agradezco vivamente a Dña. Susana Herreros Lopetegui su valiosa ayuda para este Índice.

## SIGLAS

ACA	=	Archivo de la Corona de Aragón.
ACR	=	Archivo de la Colegiata de Roncesvalles.
AGN	=	Archivo General de Navarra.
AMT	=	Archivo Municipal de Tudela.
AV	=	Archivo Vaticano.
<i>Cart.</i>	=	<i>Cartulario.</i>
<i>Perg.</i>	=	<i>Pergamino.</i>
<i>Reg.</i>	=	<i>Registro.</i>
d.	=	dineros.
lib.	=	libras.
s.	=	sueldos.

## BIBLIOGRAFIA

- ARBOIS DE JUBAINVILLE, H. d'. *Histoire des ducs et de comtes de Champagne*, V, París, 1863.
- ARIGITA LASA, M., *Colección de Documentos Inéditos para la Historia de Navarra*, Pamplona, 1900.
- AUVRAY, L., *Les Registres de Grégoire IX*, París, 1955.
- BEMONT, Ch., *Simon de Montfort, comte de Leicester*, París, 1884 (reimp. Ginebra, 1976).
- BOUTIOT, T., *Histoire de la ville de Troyes et de la Champagne méridionale*, I, Troyes-París, 1870 (reimp. Marsella, 1977).
- BRUTAILS, J.A., *Documents des Archives de la Chambre des Comptes de Navarre (1196-1384)*, París, 1890.
- CADIER, L., *Bulles originales du XIII<sup>e</sup> siècle conservées dans les Archives de Navarre*, Roma, 1887.
- CASTRO, J. R., *Archivo General de Navarra. Catálogo de la Sección de Comptos I (842-1331)*, Pamplona, 1952.
- DIEGO, N. de, *Fondos navarros en el Archivo Ducal de Villahermosa*, "Primer Congreso General de Historia de Navarra", 2. Comunicaciones. "Príncipe de Viana", 48, Pamplona, 1987, pp. 113-122.
- ESCALADA, F., *Documentos históricos del castillo de Javier y sus mayorazgos*, Pamplona, 1931,
- FUENTES, F., *Catálogo del Archivo Municipal de Tudela*, Tudela, 1947.
- GARCIA ARANCON, M.R., *Navarra e Inglaterra a mediados del siglo XIII*, "Príncipe de Viana", 50, Pamplona, 1989, pp. 111-149.
- GOÑI GAZTAMBIDE, J., *Historia de la bula de la Cruzada en España*, Vitoria, 1958.

*Regesta de bulas de los Archivos navarros (1198-1417)*, "Anthologica Annu", X, Roma, 1962, pp. 253-354.

*Historia de los obispos de Pamplona*, I, Siglos IV-XIII, Pamplona, 1979.

HUICI MIRANDA, A., *Colección diplomática de Jaime I*, I, Valencia, 1916.

IBARRA, J., *Historia de Roncesvalles*, Pamplona, 1936.

IDOATE, F., *Catálogo de los Cartularios Reales del Archivo General de Navarra. Años 1007-1384*, Pamplona, 1974.

MARICHALAR, C., *Colección diplomática del rey don Sancho VIII (el Fuerte) de Navarra*, Pamplona, 1934.

MARTIN GONZALEZ, M. *Colección diplomática de los reyes de Navarra de la dinastía de Champaña. 1. Teobaldo I (1253-1270)*, San Sebastián 1987.

MORET, J., *Anales del reino de Navarra*, IV, Tolosa, 1890.

OSTOLAZA ELIZONDO, I., *Colección Diplomática de Santa María de Roncesvalles (1127-1300)*, Pamplona 1978.

POTTHAST, A., *Regesta Pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCCIV*, Berlin, 1875 (reimp. Graz, 1957).

RAYMOND, P., *Dictionnaire topographique du Département des Basses-Pyrénées*, Paris, 1863.

RAYNALDUS, O., *Annales Ecclesiastici ab anno quo desinit card, Caes, Baronius MCXCVIII usque ad annum MDXXXIV*, XIII, 1198-1254, Luca, 1693.

VERA IDOATE. G., *Navarra y las Cruzadas*, Pamplona, 1931.

VILLANUEVA, J. *Viaje literario a las iglesias de España*, XVII, Madrid, 1851.

YANGUAS Y MIRANDA, J., *Diccionario de Antigüedades del reino de Navarra*, Pamplona, 1964, 3 vols.

ZABALO ZABALEGUI, J., *Colección diplomática de los reyes de Navarra de la dinastía de Champaña. 3. Enrique I de Navarra (1270-1274)*. San Sebastián, 1995.

# 1

1234, noviembre 24, Tudela.

*Teobaldo I confirma a los de Mendigorria los fueros de Sancho el Fuerte.*

AGN, *Cart.* I, p. 37-38.

Cit. J. Yanguas, *Diccionario*, II, p. 127.

Cit. F. Idoate, *Catálogo*, núm. 327.

Notum sit omnibus tam presentis quam futuris quod nos Theobaldus, Dei gratia rex Nauarre, Campanie et Brie comes palatinus, ad preces honorum virorum et pro seruicio nobis facto, concessimus et concedimus laboratoribus nostris de Mendigorria foros quos auunuculos nostros claro memorie Sancius, rex Nauarre, eis concesserat, donauerat sint in presenti carta inferius continetur:

In nomine summi et eterni Dei. Hec est carta quam ego Sancius, per Dei gratiam rex Nauarre, facio hominibus de Mendigorria, de confirmamento de foro quod eis dono.

Notum sit itaque omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod placuit michi et ideo libenti animo et spontanea uoluntate, dono et concedo eis firmiter pro foro quod omnes insimul pectent singulis annis ad festum Sancti Michaeli tres mille et sexcentos et quadraginta solidos de tal moneta qualis incurrerit in terra mea, tali scilicet modo quod iam tres dictos mille solidos donent ad richominem qui tenuerit honorem per manum meam, ad rationem de docem cauerias et donent michi sexcentos et quadraginta solidos. Et in hoc modo, dando annuatim erunt completi tres mille et sexcentos et quadraginta solidos. Set unusquisque illorum de Mendigorria pectet in predicta pecta secundum posse quod habuerit in mobilis et in hereditate. Et quod non pectent ad richominem neque ad ullum hominem ullam nouenam, neque carnale, neque cenam, neque ulam alteram causam qui tantam suprascriptam pectam et homicidia et alias calompnias quando euenerint.

Mando etiam quod omnes illi homines qui morantur extra Mendigorrham et habent hereditates infra illos terminos uel mugas de Mendigorria, pectent in ista suprascripta pecta cum illos homines de Mendigorria ad rationem de illas hereditates quas habent intra illos terminos uel mugas de Mendigorria.

Concedo eis etiam pro foro quod non habeant alium seniore[m] neque prestamerum, nisi richominem qui villam tenuerit per manum meam. Et quod ego neque aliquis successor meus non habeamus ibi aliquem clauigerum, neque etiam aliquis alius per forum. Et ipsi similiter non habeant alium merinum neque submerinum, neque sayonem, nisi meum merinum. Et quod ipsi neque illorum homines siue bestie non uadant in aliquam meam facenderam neque in fazenderam ulius hominis. Set in exercitum uadat de unaquaque casa unus homo et in apellitum vadant omnes illi qui ad arma ferenda suffecerint.

Preterea concedo eis quod aliquis seynnor neque merinus, neque aliquis alius non inferat eis violenciam in aliquibus rebus suis, sed omnia in pace et quiete et sine exactione aliqua habeant, dando tamen annuatim suprascriptam pectam. Et quicumque illorum ecum et scutum et capellum ferreum habuerit, non recipiat aliquem hospitem, nisi uoluerit, in domo sua. In omnibus vero aliis concedo et confirmo quod habeant illos foros quos soliti erant habere usque in illum diem in quo presens carta fuit facta.

Hoc itaque prenomiatum forum dono eis et concedo firmiter ut habeant illum liberum, francuum et ingenuum, tam ipsi quam omnis generatio eorum per secula cunta, salua mea fidelitate et de omni mea posteritate. Ad maiorem itaque confirmationem huius fori, presentem cartam corroboro et confirmo hoc meo signo quod subsequitur mea propria manu facto.

Regnante me Sancio rege in Nauarra. Johanne existente episcopo in Pampilona. Johanne de Bidaurre, Mendigorriam. Gil Garceiz tenente Larragam. Eximino de Rada, Artaxonam. Martino Chipia, Mirandam. Petro Garceiz d'Arroniz, Sanctum Johannem. Gomiz Garceiz de Agonciello, Diacastellum. Petro Garceiz de Agonciello, Lerin, Garcia Espinel, Gorriti. Johanne Pedriz, Amaya. Petro Jurdan, Sancta Maria de Uxue.

Facta carta apud Stellam, mense octobris, sub era mil CCXLVI.

Petro Christofori existente cancellario. Petro Eximini, de mandato domini regis, hanc cartam scripsit.

Nos autem Theobaldus, Dei gratia rax Nauarre, Campanie et Brie comes palatinus, ut omnia predicta que in presenti carta continentur, in perpetuum remaneant inconcussa, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum apud Tutellam, mense nouembris, dominica prima post octauas Sancti Martini, anno Domini M<sup>o</sup> CCXXXIII.

Nobis Theobaldus in Nauarra regnantibus, et Petrus Remigii episcopo in Pampilona, et eius fratre Johanne Petri de Baztan alfferiz en Nauarra, pro manu nostra tenenti Lagardiam, Johanne de Vidaurre, Vianam, Eximino d'Ayuar, Cirauqui, Garcia Lupi de Alfaro, Ponten Regine, Johanne Petri de Lodosan, Mendigorriam, Petro Martini de Let, Artaxonam, Sancio Fernandi de Montagut, Leguin, Garsia Almorait Sanctum Johannem sub Pe de Portus.

1235, septiembre 22, Asís.

*Gregorio IX ruega al rey de Aragón que reciba a Teobaldo I si pasa por su tierra camino de Tierra Santa.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, num. 24 . Orig.  
 Cit. L. Cadier, *Bulles*, p. 38.  
 Cit. G. Vera, *Navarra*, p. 135.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 198.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 59.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, carissimo in Christo filio illustri regi Aragonum, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod carissimus in christo filius noster rex Nauarre, comes Campanie, Dominice passionis non inmemor, et sue redemptionis immo potius Redemptoris effectus salutifere crucis uexillum assumpsit, ad illius obsequium profecturus in Terra Sancte subsidium qui por nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suauitatis tradidit, semetipsum deuotionem suam dignis in Domino laudibus commendamus et prosequimur actionibus gratiarum.

Quia uero in hoc negotio proprie sibi proprio Unigenito Dei Filio Domino Jhesu Christo militant et ad eius currunt iniuriam uindicandam dignis sunt fauoribus attollendi, in quo quilibet qui christiana professione censetur potenter et patenter tenetur adesse, si reus prodicionis in nouissimo examinis die coram tremendo iudice desiderat non haberi, serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attentius obsecrantes per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum et per aspersionem sanguinis Crucifixi, quatinus, si eudem regem uel suos per terram tuam transitum habere contingerit, seu cibaria aut res suas alias inde transferri ipsos gratanter recipi, et eis in securo conductu facias prouideri. Ita quod Regi regum gratum impendatis exinde famulatum, et nos sinceritatis tue feruorem possimus in Domino merito commendare.

Datum Asisii, .X. kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono.



1235, septiembre 22, Asís.

*Gregorio IX ruega a los magnates y fieles cristianos que reciban a Teobaldo I si pasa por sus tierras camino de Tierra Santa.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 25. Orig.

Cit. L. Cadier, *Bulles*, p. 58.

Cit. G. Vera, *Navarra*, p. 135.

Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 199.

Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 58.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis nobilibus uiris ducibus, comitibus, baronibus et uniuersis Christi fidelibus ad quod littere iste peruenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod carissimus in Christo filius noster illustris rex Nauarre, comes Campanie, Dominicæ passionis non inmemor, et sue redemptionis immo potius Redemptoris effectus salutifere crucis uexillum assumpsit, ad illius obsequium profecturus in Terre Sancte subsidium qui pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suauitatis tradidit, semetipsum deuotionem suam dignis in Domino laudibus commendamus et prosequimur actionibus gratiarum.

Quia uero in hoc negotio proprie sibi proprio Unigenito Dei Filio Domino Jhesu Christo militant et ad eius currunt iniuriam uindicandam dignis sunt fauoribus attollendi, in quo quilibet qui christiana professione censetur potenter et patenter tenetur adesse, si reus prodicionis in nouissimo examinis die coram tremendo iudice desiderat non haberi, serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attentius obsecrantes per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum et per aspersionem sanguinis Crucifixi, quatinus, si eundem regem uel suos per terras uestras transitum habere contingerit, seu cibaria aut res suas alias inde transferri ipsos gratanter recipi, et eis in securo conductu faciatis libere prouideri. Ita quod Regi regum gratum impendatis exinde famulatum, et nos deuotionis uestre feruorem possimus in Domino merito commendare.

Datum Asisii, X kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono.

1235, septiembre 25, Asís.

*Gregorio IX ruega a la ciudad de Marsella que acoja a Teobaldo I cuando pase por allí, camino de Tierra Santa.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 23. Orig.  
 Ed. G. Vera, *Navarra*, p. 212.  
 Cit. L. Cadier, *Bulles*, p. 39.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 200.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 171.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 60.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis communitati Massiliensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod carissimus in Christo filius noster illustris rex Nauarre, comes Campanie, Dominice passionis non inmemor, et sue redemptionis immo potius Redemptoris effectus salutifere crucis uexillum assumpsit, ad illius obsequium profecturus in Terre Sancte subsidium qui pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suauitatis tradidit, semetipsum deuotionem suam dignis in Domino laudibus commendamus et prosequimur actionibus gratiarum.

Quia uero in hoc negotio proprie sibi proprio Unigenito Filio Domino Jhesu Christo militant et ad eius currunt iniuriam uindicandam dignis sunt fauoribus attollendi, in quo quilibet qui christiana professione censetur potenter et patenter tenetur adesse, si reus prodicionis in nouissimo examinis die coram tremendo iudice desiderat non haberi, uniuersitatem uestram rogamus, monemus et hortamur attentius obsecrantes per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum et per aspersionem sanguinis Crucifixi, quatinus, si eundem regem uel suos per terram uestram transitum habere contingerit, seu cibaria aut res suas alias inde transferri ipsos gratanter recipi, et eis in securo conductu faciatis libere prouideri. Ita quod Regi regum gratum impendatis exinde famulatum, et nos deuotionis uostre fauorem possimus in Domino merito commendare.

Datum Asisii, VII. kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono.

1235, septiembre 27, Asís.

*Gregorio IX ordena a las autoridades eclesiásticas que no pongan obstáculos a Teobaldo I, camino de Tierra Santa.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 22 . Orig.  
 Ed. L. Cadier, *Bulles*, p. 37.  
 Ed. G. Vera, *Navarra*, p. 210 -211.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 201.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 61.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Deo, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis, abbatibus, prioribus et uniuersis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste uenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod carissimus in Christo filius noster ... illustris rex Nauarre, comes Campanie, Dominice passionis non inmemor, et sue redemptionis immo potius Redemptoris effectus salutare crucis uexillum assumpsit, ad illius obsequium profecturus in Terre Sancte subsidium qui pro nobis oblationem et ostiam Deo in odorem suauitatis tradidit, semetipsum deuotionem suam dignis in Domino laudibus commendamus et prosequimur actionibus gratiarum.

Quia uero in hoc negotio proprie sibi proprio unigenito Dei Filio Domino Jhesu Christo militant et ad eius currunt iniuriam uindicandam dignis sunt fauoribus attollendi, in quo quilibet qui christiana professione censetur potenter et patenter tenetur adesse, si reus prodicionis in nouissimo examinis die coram tremendo iudice desiderat non haberi, uniuersitati uestre per apostolica scripta in uirtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus cibaria et res alias eiusdem regis et suorum, que per loca iurisdictioni uestre subiecta transferri contigerit, impediri non permittatis ab aliquibus uel turbari, turbatores si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes.

Datum Assisii, V kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono.

1235, octubre 10, Foligno.

*Gregorio IX ordena que nadie excomulgue a Teobaldo I sin mandato de la Santa Sede, hasta que vuelva de Tierra Santa.*

AGN, *Comptos*, caj 2, núm. 21. Orig.  
 AV, *Reg. Vat.*, 18. f. 79.  
 Ed. L. Cadier, *Bulles*, p. 35-36.  
 Cit. J R Castro, *Catálogo*, I, núm. 203.  
 Cit. L. Auvray, *Registres*, II, núm. 2805.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 172.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 62.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, carissimo in Christo filio illustri regi Nauarre, comite Campanie, salutem et apostolicam benedictionem.

Eis qui, signo uiuifice crucis suumpto, Terre proponunt Sancte succurrere debet apostolice sedis benignitas fauorem non modicum indulgere, cum non solum salutem suam prosequi dinoscantur, sed pro christianorum omnium commodo laborare.

Hinc est quod cum, sicut accepimus, tu assurgens ad illius seruitium qui pro generis humani salute peregrinatus in terris, crucis patibulum subiit, crucis assumpto signaculo in Terre predicte succursum proposueris transfetare, attendentes quod ex hoc diuine retributionis expectas premium et Romanam ecclesiam, matrem catholice fidei, pro qua pugnare disponis, perpetuo ad tui honoris et commodi obligas incrementum, tibi presentium auctoritate concedimus ne aliquis, auctoritate ordinaria seu etiam delegata, in personam tuam excommunicationis et terram interdicti sententias ualeat promulgare absque mandato sedis apostolice speciali, donec de tuo reditu uel obitu certissime cognoscatur, dum tamen coram venerabilibus fratribus nostris Lingonensi et Parisiensi episcopis, diocesanis tuis, uel eorum altero de te conquerentibus per te uel responsalem idoneum sis paratus iustitiam exhibere.

Datum Fulignum, VI idus octobris, pontificatus nostri anno nono.

1235, noviembre 25, Asís.

*Gregorio IX ruega a la ciudad de Génova que acoja a Teobaldo I cuando pase por allí camino de Tierra Santa.*

AGN, *Comptos*, caj.2, núm. 28. Orig.  
 Cit. L. Cadier, *Bulles*, p. 39.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 204.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 171.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 63.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis nobili uiro potestati et comuni Januensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod carissimus in Christo filius noster illustris rex Nauarre, comes Campanie Dominice passionis non inmemor, et sue redemptionis immo potius Redemptoris effectus salutifere crucis uexillum assumpsit, ad illius obsequium profecturus in Terre Sancte subsidium qui por nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suauitatis tradidit, semetipsum deuotionem suam dignis in Domino laudibus commendamus et prosequimur actionibus gratiarum.

Quia uero in hoc negotio proprie sibi proprio Unigenito Dei Filio domino Jhessu Christo militant et ad eius currunt iniuriam uindicandam dignis sunt fauoribus attollendi, in quo quilibet qui christiana professione censetur potenter et patenter tenetur adesse, si reus prodicionis in nouissimo examinis die coram tremendo iudice desiderat non haberi, uniuersitatem uestram rogamus, monemus et hortamur attentius obsecrantes, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per aspersionem sanguinis Crucifixi, quatinus, si eundem regem uel suos per terram uestram transitum habere contingerit, seu cibaria aut res suas alias inde transferri ipsos gratanter recipi, et eis in securo conductu faciatis libere prouideri. Ita, quod Regi regum gratum impendatis exinde famulatum, et nos deuotionis uestre feruorem possimus in Domino merito commendare.

Datum Asisii, .VII. kalendas decembris, pontificatus nostri anno nono.

1235, diciembre 5, Viterbo.

*Gregorio IX ordena al abad de Iranzu y a los priores de Roncesvalles y Tudela que disuelvan las ligas ilícitas hechas en el reino contra Teobado I.*

- AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 26. Orig.  
 AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 34. Inserto en el documento del 22 de junio de 1237.  
 AV, *Reg. Vat.* 18. f. 88r. núm. 300.  
 Ed. L. Cadier, *Bulles*, p. 41-42.  
 Ed. G. Vera, *Navarra*, p. 212-213.  
 Ed. L. Auvray, *Les Registres*, núm. 2856.  
 Traduce J. Moret, *Anales*. IV, p. 238.  
 Resume O. Raynaldus, *Annales*, XIII, p. 133.  
 Cit. J. Yanguas, *Diccionario*, II, p. 504-505.  
 Cit. A. Potthast, *Regesta*, I, p. 855, núm. 10.059.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 205.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 178.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 64.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei dilectis filiis ... abbati de Irantio, ... Rocidevallis, et ... de Tutella prioribus, Pampilonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Audito nuper quod carissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Nauarre, comitem Campanie, usque adeo tetigit iniuria crucifixi et zelus terre Natiuitatis eius comedit, ut, postpositis sollicitudinibus aliis, in subsidium Terre ipsius proposuerit transfetare, tanto gaudeamus amplius quanto credimus ex maiori deuotione procedere, ut in etate adhuc tenera constitutus, iuuentutis sue primitias offerens Deo suo, ac non solum sua, set ipsum abnegans propter Christum, tulerit crucem eius, obprobrium que ei a fidei nostre hostibus exprobratur, possit, dederit, uindicare.

Cum igitur, sicut accepimus, quedam colligationes illicite contra eundem regem in preiudicium iuris sui a quibusdam nobilibus tam terre sue quam aliis sint presumpte, ad quarum obseruationem se colligantes iuramenti uinculo astrinxerunt, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus quod, si est ita, presumptores huiusmodi ut, iuramento non obstante predicto, easdem colligationes disoluant, moneatis attentius et efficaciter inducatis ipsos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogentes. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Viterbii, nonis decembris, pontificatus nostri anno nono.

1235, diciembre 13, Viterbo.

*Gregorio IX nombra al abad de Iruzu y a los priores de Roncesvalles y Tudela, conservadores de los privilegios de cruzada del rey Teobaldo.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 27. Orig.  
 Ed. G. Vera, *Navarra*, p. 214.  
 Ed. L. Cadier, *Bulles*, p. 44-45.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 206.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 172.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 65.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis ... abbati de Iruantio, ... Roscideuallis et ... de Tutella prioribus, Pampilonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Audito nuper quod usque adeo carissimum in Christo filium nostrum ... illustrem regem Nauarre, comitem Campanie, tetigit iniuria Crucifixis et zelus terre Natiuitatis eius comedit, ut, postpositis sollicitudinibus aliis, in subsidium terre ipsius proposuerit transfretare, tanto gaudeamus amplius quanto credimus ex maiore deuotione procedere, ut in etate adhuc tenera constitutus, iuuentutis sue primitias offerens Deo suo, ac non solum sua, sed se ipsum abnegans propter Christum, tulerit crucem eius, ut illius opprobrium quo ei a fidei nostri hostibus exprobratur, possit, si ipse dederit, uindicare.

Quia uero celestis imperatoris obsequiis inherentes, speciali decet prerogatiua gaudere, nos pium et laudabile suum propositum fauore beniuolo prosequentes, personam suam cum ... uxore, liberis, familia et omnibus bonis suis sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, statuantes ut a tempora assumpte crucis et post reditum suum per biennium ea omnia integra maneant et quieta, donec de suo reditu uel obitu certissime cognoscatur. Ideoque discretionis uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsos contra protectionis et constitutionis nostre tenorem non permittatis ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Uiterbii, idus decembris, pontificati nostri anno nono.

1236, enero 13, Viterbo.

*Gregorio IX pone bajo su protección la persona y bienes del rey de Navarra durante dos años.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 20 . Orig.  
 Ed. L. Cadier, *Bulles*, p. 39-40.  
 Ed. G. Vera, *Navarra*, p. 209-210.  
 Cit. J. Yanguas, *Diccionario*, II, p. 504.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 207.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 173.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 66.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, carissimo in Christo filio ... illustri regi Nauarre, comite Campanie, salutem et apostolicam benedictionem

Audito nuper quod usque adeo te iniuria tetigit Crucifixi et zelus terre Natiuitatis eius comedit, ut, postpositis sollicitudinibus aliis, in subsidium terre ipsius proposueris transfretare, tanto gaudeamus amplius quanto credimus ex maiori deuotione procedere, ut in etate adhuc tenera constitutus, iuuentutis tue primitias offerens Deo tuo, ac non solum tua sed te ipsum abnegans propter Christum, tuleris crucem eius, ut illius opprobrium, quo ei a fidei nostre hostibus exprobratur, possis, si ipse dederit, uindicare.

Quia uero celestis imperatoris obsequiis inherentes, speciali decet prerogatiua gaudere, nos pium et laudabile tuum propositum fauore beniuolo prosequentes, personam tuam cum... uxore, liberis et familia, et omnibus bonis tuis, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, statuantes ut a tempore assumpte crucis et post reditum tuum per bienium ea omnia integra maneant et quieta, donec de tuo reditu uel obitu certissime cognoscatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursum.

Datum Viterbii, idus januarii, pontificatus nostri anno nono.



1236, agosto 14, Rieti.

*Gregorio IX ordena al abad de Iranzu y al prior de Tudela que obliguen mediante censuras a los perturbadores de Navarra a cesar en sus perjuicios al rey Teobaldo.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 29. Orig.  
 Ed. L. Cadier, *Bulles*, p. 45-46.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 208.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 172.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 69.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis .. .abbati de Yransio, et .. .priori Sancte Marie Tutellensis, Pampiloneneis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Audito nuper quod carissimum in Christo filium nostrum, illustrem regem Nauarre, comitem Campanie, usque adeo tetigit iniuria Crucifixi et zelus terre Natiuitatis eius comedit, ut, postpositis sollicitudinibus aliis, in subsidium terre ipsius proposuerit transfretare, tanto gaudemus amplius quanto credimus ex maiori deuotione procedere, ut in etate adhuc tenera constitutus, iuuentutis sue primitias offerens Deo suo, ac non solum sua sed se ipsum abnegans propter Christum, tulerit crucem eius, ut illius opprobrium quo ei a fidei nostre hostibus exprobratur, possit, si ipse dederit, uindicare.

Quia uero ad crucis negotium exequendum per maximo necessarium est, ut principes et populi christiani ad inuicem pacem seruent, nos qui ipsam in toto orbe christiano seruari mandauimus, uel inter discordantes iniri treguas aliquas competentes, uolentes ut bona ipsius regis, ciuis personam, familiam et terram sub Beati Petri et nostra protectione suscepimus, integra maneant et quietas consistant, donec de ipsius obitu uel reditu certissime cognoscantur, discretionis uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus molestatores et turbatores terre sue, ut interim ab eius turbatione ac molestatione desistant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, cogatis.

Datum Reatine, XVIII kalendas septembris, pontificatus nostri anno decimo.

1237, febrero.

*Berenguer de Clunec reconoce tener licencia del rey Teobaldo para construir un molino en el Ebro.*

AGN, *Cart.* III, p. 157-158.

Cit. J. Yanguas, *Diccionario*, I, p. 277.

Cit. F. Idoate, *Catálogo*, núm. 361.

*De concessione faciendi molendinos, facta a Theobaldo rege Nauarre, Berengario de Clunec.*

In Dei nomine. Notum sit hominibus presentibus et futuris quod ego, Berengarius de Clunec, venio de manifesto quod cum non habeam potestatem uel jus faciendi molendinum in Ebro, ad preces domini Roderici Eximinii, venerabilis archiepiscopi Toletani, Theobaldus, Dei gratia rex Nauarre, Campanie et Brie comes palatinus, concessit mihi et dedit potestatem faciendum dictum molendinum, cum arcuto et .IIIlor. rodís in Ebro. Ita tamen quod sit liber iter ipsius Eberi nauibus et aliis rebus in eundo et redeundo, sicut moris est, aliquo impedimento dicti acuti uel molendini predicti non obstante. Insuper concessio predicta fuit facta a dicto rege hoc modo, nec molendinum mihi concessum non faciat dampnum molendinis domini regis. Est autem predictum molendinum in loco qui dicitur Trichauisa, iuxta ortum Martini de Gassianer, et ex alia parte uiam.

Hanc autem concessionem et donum fecit mihi quod ego uel heredes nostri habeamus dictum molendinum liberum michi et heredibus nostris, ad dandum, inpignorandum et alienandum cuicumque uolumus, excepta persona alterius regni, militari, ecclesiastica ac religiosa, soluendo tamen pro census singulis annis, prima die januarii quiquaginta solidos sanchetorum, uel alterius monete legalis et curribilis in Nauarra uobis uel heredibus uestris. Et si dicta die, sicut prescriptum est, predicti denarii non essent soluti uobis uel mandato uestro, quod uos possitis intrare dictum molendinum et illud meum parrale de Algartz, quod est iuxta vinea de Bono judeo, et ex alia parte iuxta parralem Dominici de Colomb, quo usque predicti .L. solidi censuales sint uobis soluti uel heredibus uestris, uel baiulo uestro.

Sunt testes huius rei manu positi qui hoc uiderunt et audierunt, Johannes Ponz et Poncius d'Eslaua.

Facta carta die mensis febroarii.

Ego Petrus Ferrandi, scriptor concilii Tutele, scripsi sub era .M<sup>a</sup>. .CC<sup>a</sup>. .LXX<sup>a</sup>. .V<sup>a</sup>.

1237, marzo 28, Viterbo.

*Gregorio IX exhorta al rey de Castilla a hacer las paces con Teobaldo I.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 42. Orig.

Ed. L. Cadier, *Bulles*, p. 46-47.

Ed. G. Vera, *Navarra*, p. 215-216.

Cit. J. Yanguas, *Diccionario*, II, p. 505.

Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 212.

Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 174.

Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 75.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, carissimo in Christo filio ... illustri regi Castelle et Legionis, salutem et apostolicam benedictionem.

Qui qui multum diligit multum timet, et ubi amor ibi oculus, ex multe sinceritatis affectu quo personam tuam inter ceteros terre principes quadam speciali prerogatiua dilectionis amplectimur, noueris preuenire quod super reformatione pacis seu ineundis treuguis inter te et carissimum in Christo filium nostrum T ... illustrem regem Nauarre, litteras litteris et preces precibus inculcamus.

Nam et si semper inter nominis christiani cultores bellorum instantia et guerrarum discrimina, propter strages hominum et animarum pericula que timentur, ex turbatione huiusmodi sint uitanda, hoc tamen tempore inter fideles Christi non solum ipsis, sed etiam generali ecclesie, tanto amplius est dampnosa quanto per eam negotium Terre Sancte immo causa Christi, cuius munere uiuimus, potius impeditur. Usque adeo enim inimici nominis christiani qui adhuc peccatis exigentibus detinent et coinquant templum Dei, urbes et castra, que sede christianorum manibus extorsisse in gladio gloriantur, uiris et uiribus munierunt, quod sufficeret dispersionis nostre reliquiis, etiam si conflatis in unum uiribus uno animo et concordi desiderio ferrentur in hostes, si possent crucis iniuriam uindicare ac hereditatem Christi liberare de manibus impiorum.

Quia uero, sicut in litteris tuis nobis directis, quas gratanter recepimus, perspeximus contineri in hiis et in aliis tua sublimitas apostolice sedis et nostris beneplacito se exponit, pro quo tue deuotionis feruorem preconiiis laudum dignis attollimus ne prosequimur actionibus gratiarum, celsitudinem regiam affectuose rogamus et a te instanter exposcimus, uolentes omnino ac petentes pro munere speciali, quatinus cum eodem rege uel facias ueram pacem inuiolabiliter obseruandam, aut treugas ineas, donec de suo reditu uel obitu certissime cognoscatur, et usque ad aduentum nuntii nostri, quem propter hos destinandum prouidimus, a terre sue molestatione desistas, ita quod obpropria exprobrantium Jhesu Christo super te cadere dinoscantur, et nos regalem excellentiam possimus dignis in Domino laudibus commendare. Si quid autem iniurie tibi predictum regem intulisse proponis, cum euentus tuos propios reputemus, tibi prout magnitudinem tuam decuerit faciemus satisfactionem congruam exhiberi.

Datum Viterbii, V kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

1237, abril 1, Viterbo.

*Gregorio IX escribe al obispo de Osma, canciller del rey de Castilla, para que exhorte a éste a hacer las paces con el rey de Navarra.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 40. Orig.  
 Cit. J. Yanguas, *Diccionario*, II, p. 505.  
 Cit. L. Cadier, *Bulles*, p. 48.  
 Cit. G. Vera, *Navarra*, p. 220.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 214.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 174.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 77.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri episcopo Oxomensi, cancellario regni Castelle, salutem et apostolicam benedictionem.

Quia qui multum diligit multum timet, et ubi amor ibi oculus, ex multe sinceritatis affectu quo carissimum in Christo filium nostrum illustrem regem Castelle et Legionis, inter ceteros terre principes quadam speciali prerrogatiua dilectionis amplectimur, dinoscitur prouenire, quod super reformatione pacis seu ineundis treuguis inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum ... illustrem regem Nauarre, litteras litteris et preces precibus inculcamus.

Nam et si semper inter nominis christiani cultores bellorum instantia et guerrarum discrimina, propter strages hominum et animarum pericula que timentur, ex turbatione huiusmodi sint uitanda, hoc tamen tempore inter fideles Christi non solum ipsis, sed etiam generali ecclesie, tanto amplius est dampnosa quantum per eam negotium Terre Sancte inmo causa Christi, cuius munere uiuimus, potius impeditur. Usque a Deo inimici nominis christiani qui adhuc peccatis exigentibus detinent coinquinant Templum Dei, urbes et castra, que sede christianorum manibus extorsisse in gladio gloriantur, uiris et uiribus munierunt, quod sufficeret dispersionis nostre reliquiis, etiam si conflatis in unum uiribus uno animo et concordi desiderio ferrentur in hostes, si possent crucis iniuriam uindicare ac hereditatem Christi liberare de manibus impiorum.

Quia uero sicut in litteris eidem regis Castelle et Legionis nobis directis, quas gratanter recipimus, perspeximus contineri in hiis et aliis ipse apostolice sedis et nostris beneplacitis se exponit, pro quo sue deuotionis feruorem preconiiis laudum dignis attollimus ac prosequimur actionibus gratiarum, eundem affectuose rogamus et ab eo instanter exposcimus, uolentes omnino ac petentes pro munere speciali, ut cum dicto rege Nauarre uel faciat ueram pacem inuiolabiliter obseruandam, aut treugas ineat, donec de suo reditu ual obitu certissime cognoscatur, et usque ad aduentum nuntii nostri, quem propter hoc destinandum prouidimus, a terre sue molestatione desistat, ita quod opprobria exprobrantium Jhesu Christo super eum cadere dinoscantur., et nos ipsum possimus dignis in laudibus commendare. Si quid autem iniurie sibi predictum regem Nauarre intulisse proponit, cum euentus suos propios reputemus sibi prout magnitudinem suam decuerit faciemus satisfactionem congruam exhiberi. Ideoque fraternitate tue per apostolica scripta mandamus quatinus, sicut apostolica sedis at nostram gratiam caram habes, prefatum regem Castelle et Legionis secundum datam tibi a Deo prudentiam ad hoc moneas attentius et inducas.

Datum Viterbii, kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

1237, abril 1, Viterbo.

*Gregorio IX escribe a la reina de Castilla para que incline a su hijo a hacer la paz con Navarra.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 41. Orig.  
 Cit. J. Yanguas, *Diccionario*, II, p. 505.  
 Cit. L. Cadier, *Bulles*, p. 48.  
 Cit. G. Vera, *Navarra*, p. 135.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 215.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 174.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 76.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei carissime in Christo filie illustri regine Castelle et Legionis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quia qui multum diligit multum timet, et ubi amor ibi oculus, ex multe sinceritatis affectu quo carissimum in Christo filium nostrum illustrem regem Castelle et Legionis natum tuum, inter ceteros terre principes quadam speciali prerogatiua dilectionis amplectimur, dinoscitur prouenire, quod super reformatione pacis seu ineundis treuguis inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum illustrem regem Nauarre, litteras litteris et preces precibus inculcamus.

Nam et si semper inter nominis christiani cultores bellorum instantia et guerrarum discrimina, propter strages hominum et animarum pericula que timentur, ex turbatione huiusmodi sint uitanda, hoc tamen tempore inter fideles Christi, non solum ipsis, sed etiam generali ecclesie, tanto amplius est dampnosa quanto per eam negotium Terre Sancte immo causa Christi cuius uiuimus poteri impeditur. Usque a Deo inimici nominis christiani qui adhuc peccatis exigentibus detinent et coinquant Templum Dei, urbes et castra que sedem christianorum manibus extorsisse in gladio gloriantur, uiris et uiribus munierunt quod sufficient dispersionis nostre reliquiis, etiam si conflatis in unum uiribus uno animo et concordi desiderio ferrentur in hostes, si possent crucis iniuriam uindicare ac hereditatem Christi liberare de manibus impiorum.

Quia uero sicut in litteris eiusdem regis natu tui nobis directis, quas gratanter recepimus, perspeximus contineri in hiis et aliis idem apostolice sedis et nostris benaplacitis se exponit pro quo sue deuotionis feruorem dignis preconiiis laudum attollimus et prosequimur actionibus gratiarum, eundem affectuose rogamus, ut cum eodem rege Nauarre uel faciat ueram pacem inuiolabiliter obseruandam aut treugas ineat, donec de suo reditu uel obitu certissime cognoscatur, et usque ad aduentum nuntii nostri quem propter hoc destinandum prouidimus, a terre sue molestatione desistat, ita quod ob probria exprobantium Ihesu Christo super ipsum cadere dinoscantur, et nos eum possimus dignis in Domino laudibus commendare. Si quid autem iniurie sibi predictum regem Nauarre intulisse proponit, cum euentus suos propios reputemus eidem prout magnitudinem suam decuerit faciemus satisfactionem congruam exhiberi, serenitatem tuam rogandam duximus et hortandam quatinus eundem regem natum tuum ad hoc affectione materna moneas attentius et inducas.

Datum Uiterbii, kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

1237, junio 13, Viterbo.

*Gregorio IX encomienda al obispo de Bayona, al arcediano de Cisa y al sacristán de Bayona, el arreglo del pleito entre el obispo de Pamplona y el hospital de Roncesvalles, por la sepultura de Sancho el Fuerte.*

- AGN, *Comptos*, caj. 137, núm. 38, f. 90.  
 AGN, *Papeles Suelos*, leg. 179. núm. 1.  
 ACR, *Bulas*, faxo I, núm. 5. Orig.  
 Ed. C. Marichalar, *Colección*, p. 231-232.  
 Ed. J. Ibarra, *Historia*, p. 177.  
 Ed. I. Ostolaza, *Colección*, núm. 93.  
 Cit. M. Arigita, *CODOIN Navarra*, I, p. 360.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 217.  
 Cit. J. Goñi, *Regesta*, núm. 80.  
 Cit. J. Goñi, *Los obispos*, p. 571.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis archidiaconi de Cisa, sacriste Baionensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex parte prioris et fratrum hospitalis Roscideuallis fuit propositum coram nobis quod venerabilis frater noster episcopus Pampilonensis, ex eo motus grauiter contra ipsos quod charissimus in Christo filius noster illustris rex Nauarre, comes Campanie, corpus clare memorie Sancii regis Nabarre, auunculi eius quod in capelli sui castris de Tutela sepultum fuerat, de ipsa in qua non erat ciminterium extumulari faciens, illud ad hospitale predictum cui ecelesiam idem rex construxit suis sumptibus, deferri fecit tumulandum, ibidem non solum in eos verum etiam in benefactores, operarios et seruientes eorum excommunicationis et in ecclesias sue diocesis eidem hospitali subjectas, interdicti sententias promulgauit, et fecit eas per totam suas diocesim sollempniter publicari.

Cum igitur hoc injuriam dicti regis manifeste redundet, ac exinde predicti hospitalis utilitas in quo ab antiquo uiguisse hospitalis opera laudabiliter dinoscuntur in multorum scandalum perturbari dicatur, eidem episcopo damus nostris litteris in mandatis ut, si est ita, sententias ipssas infra octo dies post susceptionem litterarum ipsarum, sine qualibet difficultate relaxet. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si dictus episcopus mandatum nostrum neglexerit adimplere infra tempus prescriptum, uos ex tunc sufficienti ab eis super hiis pro quibus eodem sententie sunt prolate, cautione recepta, sententias ipsas iuxta formam ecclesie relaxantes, iniuncto ad quod de iure fuerit iuniungendum, audiatis si quid fuerit questionis et appellatione remota fine deuito, facientes quod decreueritis auctoritate nostra firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater episcopo, cum eorum altero ac nichilominus exequaris.

Datum Viterbii, idus junii, pontificatus nostris anno undecimo.

1237, junio 22.

*Los priores de Roncesvalles y Tudela, con comisión del papa, citan a comparecer en Olite a varios caballeros, para responder de ciertos juramentos hechos en perjuicio del rey de Navarra.*

AGN, *Comptos*, caj. 2, núm. 34. Orig.  
 Ed. J. Cadier, *Bulles*, p. 42-44.  
 Traduce J. Moret, *Anales*, IV, p. 237-238.  
 Cit. J.R. Castro, *Catálogo*, I, núm. 218.  
 Cit. J. Goñi, *La bula*, p. 172.

Nos Johannes, abbas Irancii, Lupus, Michael, Roscideualli et Tutele priores, a domino papa, super quibusdam collegationibus a quibusdam nobilibus Nauarre et aliis ad quas se astrinxerunt uinculo iuramenti, monitores deputati, dilectis suis G. Lupi de Valtierra, Fernando Martini de Funes, Bertrando d'Açagra, Michaeli Petri de Archibus, Eximino Petri de Sarassa, Martino Garssie de Eussa, G. Petri de Oilloqui, Sancio Martini de Cauaça, Furtado d'Olocariçqueta, Eximino Sancii d'Iriuerrri, Eximino Petri de Arci, Eximino d'Urbicayn, Adam de Sada, Egidio d'Uroc, Michaeli d'Echague, G. Remigii, Michaeli d'Arbiçu, Martino Lupi d'Obago, Eximino Petri de Tidon, maioribus militum iuratorum, salutem et dilectionem.

Noueritis nos litteras apostolicas recipisse sub hac forma:

*(Sigue el texto del documento núm. 8.)*

Auctoritate igitur earumdem litterarum, uobis districte precipimus quatinus, octauo die post festum Sancti Johannis Baptiste proximo uenturum, sitis apud Olitum in presencia nostra, audituri ea que ex parte domini pape uobis duxerimus proponenda. Alioquin noueritis quod nos contra uos quantum de iure poterimus procedemus.

28. Sancius de Cambo habuit pro comendam .XXX. uaccas ab Assarida de Perer, et a uiro eius, petit uaccas et nutrimentum a quique annis vel citra.

29. Sancius d'Arraidu rapuit eidem .IIII. uaccas, precium.XL. s.

30. Gonsaluo Johannis debet Marie de Corneillam, pro patre suo,.XIIII. lib. buragalensium.

31. Guiraldus de Lissarague et quidam alii seruientes Garcie Arnaldi de Garro combusserunt domum Petri Arnaldi de Luc, et rapuerunt vaccas, precium .XXX.V. lib.

32. Petrus de Meharren debet Daunet de Herriague .IIII. lib., pro fideiussione quam vir suus fecit pro eo.

33. Arnaldus de Garue, presbiter, commendauit Garcia Arnaldi de Garro .XL.VIII. vaccas et tres boues, petit uaccas et boues et nutrimentum uacarum a .X. annis citra.

34. Item tradidit ei .VI. lib. mutuo, et soluit pro creditoribus quibusdam .VI. lib. .V. s.

35. Item Raimundus d'Ostabares et Arnaldus Raimundi de Garro rapuerunt eidem unam uaccam, precium .XX. s.
36. Item Aneco d'Arraidu et Martinus, frater eius, et Petrus de Mongelos et Raimundus de Londays rapuerunt eidem .CC. LXX. oues, precium .XV. lib.
37. Lupus Anerii cepit Petrum Arnaldi de Naner et compulit ipsum ad redemptionem .LXII. s.
38. Martinus d'Arraidu et Aneco, frater eius, et socii eorum, ceperunt Guillemum de Bordeu, et compulerunt eum ad redemptionem quiquaginta solidorum.
39. Item ceperunt Johannem de Prad, et compulerunt eum ad redemptionem .XX.V. s.
40. Sancius d'Arraido cepit Johannem de Taron et compulit eum ad redemptionem .XXX.II. s. et .VI. d.
41. Garcias Arnaldi d'Espeleta et Guillelmus, filius eius, rapuerunt a Jacobo de Lesquira et Dominico d'Endreyn et Raimundus Ferrer .LX. porcos, precium .XII. lib.
42. Petrus dels Puis soluit pro Garcia Arnaldi de Garro .VI. lib. .V. s., quas petit ab eo.
43. Guillelmus Arnaldi de Luc soluit pro eodem .VI. lib.. .V. s, quas petit ab eo. Item debet eidem .L. s. pro conferto.
44. Item idem Guillelmus Arnaldi de Luc soluit pro Amigoto de Garro .XXX. s., quos petit ab eo.
45. Johannes d'Esbor soluit pro Garcia Arnaldi de Garro .VI. lib. et .V. s.
46. Item idem Amigotus debet eidem .XXX. s. et .VI. d., quos petit ab eo.
47. Item debet idem Garcia Arnaldi de Garro .VI. s. Johanne d'Esbor, quos petit ab eo.
48. Item Guillemus de Naubita soluit pro eodem .VI. lib. .V. s.
49. Item debet eidem pro pannis, .XXX.VIII. s. et . VII. d.
50. Peregrinus de Fargues soluit pro eodem Garcia Arnaldi de Garro .VI. lib. .V. s.
51. Uxor Guillelmi de Sumscam soluit pro eodem Garcia Arnaldi de Garro .VI. lib. et . V. s.
52. Bernardus de Hache cepit Michaellem de Casanoua et compulit eum ad redemptionem .IX. lib., et idem est particeps Garcia Arnaldi de Belsunsa.
53. Bernardus de Hache compulit V. de Sancto Felici ad redemptionem .XVI. s., et abstulit ei utensilia, precium .VIII. s.

54. Illustris rex Nauarre debet Marie d'Auorta, quondam uxori Garcie Magistri, .XL. s. pro fractura nauis.

**AGN, *Comptos*, caj. 5, núm. 39, II, 2.**

55. Guillelmus Arnaldi de re Labort., quondam vir Grazie de Poyes, emit a Garcia Arnaldi de Belsunsa .VIII. duodenas bornati, quos petit uxor eius.

56. Item Sancius d'Arraidu abstulit duodenam de hubornu a viro eiusdem mulieris, precium . LX. s.

57. Item soluit pro Aneco Santz de Satelitz .XXX. s. Petro Arnaldi de Polencs.

58. Sancius Arnaldi Blanc, seruiens Garcie Arnaldi de Garro, cepit Johanne d'Estela, et compulit eum ad redemptionem .L. s. sanchetz.

59. Item Domingo de Galuensu cepit eumdem Iohanne et compulit eum ad redemptionem .XXX. s. sanchetz.

60. Item Martinus Michel compulit eumdem ad redemptionem .X. s. sanchetz.

61. Item idem Johannes est fideiussor pro Michaele de Lerin in .L. III. s morl. et .VII. lib. turonensibus, a qua fideiussione petit quitari.

62. Amigotus rapuit .VIII. porcous a Petro Sancii de Beguios, precium .XXX. s., et compulit eumdem ad redemptionem .XII. s.

63. Raymundus d'Aragon, pedagogarius regis Nauarre, abstulit .LXX. s. turonenses Petro Angles.

64. Amigotus de Garro abstulit Petro de Yruber .II. vaccas, precium .XX.VIII. s.

65. Sancius d'Arraidu cepit Julianum de Salies, et compulit eum ad redemptionem .IX. s.

66. Petri Sans d'Arraidu rapuit tunicam a Fortianerio de Sancti Johanni, precium .III. s.

67. Garcia Baque cepit Guillemum Marques, et compulit eum ad redemptionem .XX. s.

68. Aneco et Martinus d'Arraidu rapuerunt .I. bouem Johanni d'Esbor, precium .XX. s.

69. Item Amigotus de Garro rapuit eidem Johanni d'Esbor unam uaccam, precium .XV. s.

70. Sancius d'Arraidu debet a Raimundi de Garans .XVIII. s., pro mantello uxoris sue, et .III. s. pro supertuncali, et abstulit ei pallium, precium .III. s., et tradidit ei mutuo .III. s. que omnia petit.

71. Gracia de Sant Girons, uxor Garcie Arnaldi d'Arrauns, petit taurum quem vir suus tradidit in commenda Sancio de Cambo.

72. Amigotus de Garro rapuit .XVI. captas et hircum Raimundo deu Tremolet, precium .XXVI. s.

73. Petri Sans d'Arraidu compulit Johannem de Lefiite ad redemptionem .XVIII. so.

74. Petrus et Michel Mayngnam debent .XI. s. Guillelmo de Sort, nomine fideiussionis.

75. Arnaldus Guillemi, filius Guillemi escolan, Lupus Arnaldi de Garagar, Sancius frater eius, Johannes de Yriuarren, Sancius Faber, Lupus Johannis, Bernardus de Sufaratsu, Sancius de Sufaratsu, Arnaldus de Sancta Maria, filius Garsie Arnaldi de Usses, Amigotus de Garro, combusserunt aulam Petri d'Arrauset, et uiridaria resecarunt, precium .CC. marchos.

76. Item Petrus de Feriague debet eidem Petro d'Arrauset .XX. s., quos soluit pro nomine fideiussionis.

77. Item Petrus Aleman d'Iruyta rapuit eidem bouem, precium .XXX. s. set dampnum sustinuit inde .X. lib.

78. Item Petrus Ladron, vassallus regis Nauarre, abstulit eidem equum, quem adhuc detinet.

79. Iste sunt marinarii qui nauigauerunt in naue regis Nauarre quando idem rex ultimo transfretauit, quorum quilibet petit stipendium suum, videlicet: Raimundus d'Os, Arnaldus de Semginnet, Forcius Anerii de Faurgis, Arnerius de Fort, Petrus Guillemi de Legieta, Arnaldus de Naubil, Raymundus Bernardi de Cimbads, Petrus de Lastres, Petrus de Seimgnosa, Guillemus de Le Bruguerre, Petrus d'Auorta, Vitalis de Mon[...], Saluatus de Le Peruilla, Matheus de Seubist, Guillem Arnaldi de Plaieds, Bertrandus de Le Fiuie, Guillelmus Arnaldi deu Flis, Michael de Fort, Bertrandus de Pin, Arnaldus de Baliros, Arnaldus de Sorain, lo fil Nandriu.

80. Vitalis de Uilla conqueritur de Semen de Beraids qui rapuit ei unam balam, pro qua postea idem Vitalis compulsus fuit ad redemptionem .LX. VIII. s. sanchetz.

81. Garcia Baque rapuit Petro de Luxetror .XXX.I. lucium, quando obsidio erat apud Garro, precium. X. s.

82. Sancius d'Arraidu rapuit Sanciam Arnaldi d'Ossau .XVIII. s. et dimei.

83. Garcia Baque cepit Arnaldo Raimundi de Prad, et compulit eum ad redemptionem .LX.III. s.

84. Petrus Arnaldi de Giestars conqueritur de Dominico Pascali de Laressoyna, qui patrem suum interfecit Baione,

85. Garssias d'Arraidu et fratres sui compulerunt Guillelmum Petri de Laugar pro .C.XX. porcis ad redemptionem .XVIII. s.

86. Garcia Arnaldi de Garro et sui ceperunt Bernardum Espert et vulnerarunt eum .VII. uulneribus, et abstulerunt ei arma, precium armarum et expensarum medicorum, .XL. s.

87. Aneco d'Arraidu et Martinus compulerunt Garciam de Lanson apud Beios ad redemptionem .III. s.

88. Palazinus amisit per Semen Semeneitz .IIII. lib. et .XII. s. sanchetz, quos extorsit ab eo pro redemptionem piscium quos portabat venales apud Nauarram.

89. Item idem amisit per Raimundum d'Aragon apud Pampilonam .XX. s. de precio cuiusdam sturgionis.

90. Raymundus Guillelmi de Lafiite amisit per Martinum d'Arraydu et per Petrum Sancii et per Johannem de Saterdos .XIII. s. morl.

91. Petrus Johannis de Mugron amisit per Martinum Peritz, pedagogium de Mayer, .I. roncinum, precium .LX. s.

92. Bernardus de Masquarat amisit per Garciam Arnaldi de Garro .I. roncinum et .III. vacas, et amisit per Bernardum d'Orcuit, seruientem ipsius Garcie Arnaldi de Garro, .XVI. capras, precium roncini .XX. s., precium uaccarum .XL. s., precium caprarum .XVI. s.

93. Item Amigotus de Garro detinet ei .XX. s., quos petit.

94. Item Jordana d'Orquieta Hugon detinet ei .XX. s. quos similiter petit.,

95. Arnaldus Sancii de Sorarburu debet Guillelmo deu Tremolet .X. lib., quas petit.

96. Petrus Arnaldi de Goos fuit captus per Sancium Arnaldi d'Echaua et suos, et traditus Garcia Arnaldi de Garro, et expendit eundo ad regem et redeundo pro deliberatione sua et guidagiis .VII. lib.

97. Item idem dampnificatus fuit per Bernardum de Atcha, qui cepit eum in .XX.V. s.

98. Petrus Arnaldi, pedagogius, detinet Pascali cordaler, .X. lib. morl.

99. Item Dominicus, filius Martini cordaler, detinet ei .VI. lib. et .VIII. s.

100. Item Johannes d'Autefaller detinet ei .IIII. lib. de sanchetz et .X. s. pro expensis.

101. Petrus Maignan et Michael, filius eius, debent Guillelmo Arnaldi de Pagassu et uxori sue .XII. lib. morl.

102. Sancius, capellanus domini episcopi Baionensis, amisit per Sancium Arnaldi d'Espeleta et suos, et per Johannem Ortiz et homines Garsie Arnaldi de Garro .XIII. vaccas, precium .VIII. lib. morl.

103. Amisit etiam Sancius Arnaldi de Mauerned, per eosdem, unum bouem et unam vacam.

104. Guillelmus Bergoyne fuit uulneratus per Garciam Arnaldi de Garro et suos, et dampnificatus in .XX. lib.

105. Arnaldus Garcie de Bisaudun fuit dampnificatus per Garciam Ochoa, tunc baillium de Roquefot, in .XXX. s.

106. Bernardus Guillem de Bayneres mutuauit Lupo Arnaldi de Meharren et Sancio Lupi, filio suo, .X. lib. et dimidiam, quas petit a Petro de Meharren.

107. Bartolomeus d'Estella petit .XXX. VI. sol. minus .II. d. a bono amico mercatore, quos soluit pro eo.

108. Item petit .XI. s. et .III. d. a Johanne Sancii de Sancto Johanne de Pe de Portus.

109. Preceptor Sancti Johannis in capite portis Baione amisit per Lope Ochoe, tunc baillium de Camer, .V. uaccas, precium .IIII. lib. morl.

110. Petrus de Sancto Nicholao, clericus, amisit per Petrum Sancii d'Arraidu .I. cutellum, precium .XX. d.

111. Guillemat de Garans petit a Fortaner de Mendilarssu, pro doella. XV. lib. morl.

112. Petrus Arnaldi de Lescuin detinet Michaeli de Mans .LXXI. lib. mor., quas petit excepto quod habuit ab ipso unam penam albam de cuniculis.

113. Johannis d'Ayossa fuit captus per Martinum d'Arraidu et compulsus ad redemptionem .XX. s. morl.

114. Garcia Arnaldi de Belsunsa debet Peregrino de Saubaingnag et Johanni de Sordua duodenam et dimidiam de huborn.

115. Lupus Brasc, qui manet apud Sanctum Johannem de Pe de Portus, debet Raimundi de Larreula .X. s. morl.

116. Petrus de Meharren debet Johanne de Sordua .IIII. s. . IIII. d. pro una tunica de stamienforti.

117. Petrus Sancii et Aneco d'Arraidu ceperunt Guillelmum de Laurhontam., in uiridario suo infra treugas, et extorserunt ab ipso .XII. s. morl.



118. Johannis Ambazedor debet Baillencs d'Ortes, mulieri, .XX.VI. s. et dimidii morl., quos persoluit pro eo nomine fideiussionis.

119. Sancius d'Arraidu et Arbeu frater suus rapuerunt a Beneuent de Pui apud Auurt .XX. s. morl.

120. Johannes de Pinu, nepos Johannis Beu, debet Baillargue de Pinu, .V. s.

121. Sancius d'Arraidu et Martinus frater eius extorserunt a Bernardi d'Agramont., tam in numis quam in uestibus, precium .XII. s.

122. Exclarmonta de Magers petit a Pere Ortitz .XV. lib. et .XV. s. sanchetz, quos debebat Petro de Baque, quondam uiro suo.

123. Item petit a Dominico Pusque .IIII. lib. . sanchetz, quos similiter debebat dicto viro suo.

124. Arnaldus de Claromonte petit ab Arnaldo de Lelherregui, bailliuo tunc d'Ousses, pro Dominico Pascal. X. duodenas circlorum, quas idem bailliuus combussit, precium .XL. s.

125. Ferrandus, mulaterius de Sancto Leone, petit a Guillemo d'Espeleta, filio Garcie Arnaldi d'Espeleta, .I. roncinum, frumentum et tunicam nouam, que omnia abstulit sibi, precium omnium .IIII. lib. et dimidiam.

126. Guillelmus Arnaldi Quatro Liures petit a Petrona de Fayet, nomine Troite, uxoris sue,. IX. s. morl., quos dicta uxor sua soluit pro ipsa Petrona Petro de Villa, nomine fideiussionis.

127. Bernardus de Tissaul petit a Guillelmo Bernardi Huil de Taichon .II. boues, quos rapuit de cabana d'Alsueta, precium .XL. s. morl.

128. Johannis de Lesgor petit a Martino d'Arraidu .I. pallium, quem rapuit, precium .XVIII. d.

129. Raymundus Guillelmi Terte Berd petit ab Arnaldo d'Orinssu .XII. s. quos debet sibi pro piscibus suis quos apud Mayer hominibus regis Nauarre.

130. Petrus Blanc et Arnaldus d'Amor petunt a Garcia Arnaldi de Garro .XV. s.

131. Item petunt a Sancio de Cambo .XV. s. pro .I. boue quem rapuit eis.

132. Bernardus de Mosserrole amisit per Garciam Baque apud Aurt .VI. s. .IIII. d.

133. Jordanus de Salias petit ab Ochoa Santz .X. s., minus obolo pro piscibus suos quos uendidit.

134. Amigotus de Garro cepit Arnaldo de Lissabe et duxit eum apud Sees, et compulit eum ad redemptionem .IIII. lib. .III. s.

135. Garcia Arnaldi de Belsunsa et socii sui Petrus Sancii d'Arraidu et Arbeui et sui, rapuerunt a fratribus domus Sancti Felicis .C.X. et .VII. porcos magnos, pannos et res alias, et ceperunt quondam suum hominem et compulerunt ad redemptionem .XV. lib. et dimidiam morl., precium omnium horum cum redemptione hominis, milia s. morl.

**AGN, Comptos, caj. 5, núm. 39, II, 3.**

*Hec etiam ets querela comunitatis Baionensis, juratores Petrus de Rauset et Laurencius de Puiana.*

136. Dicunt maior et comunitas Baionensis quod ipsis existentibus in obsidione de Garro, de mandato Nicholai de Molis, senescalli tunc temporis illustris regis Anglie domini ipsorum, gentes domini regis Nauarre multos dederunt eis et exercitui insultus, aliquos de ipsis uulnerando, aliquos occidendo, et eosdem ac totum exercitum adeo molestarunt, quod ipsos a predicta obsidione compulerunt recedere, predicta domo de Garro non capta propter quod alia uice, multiplicatis exercitibus cum aliis fidelibus domini regis Anglie, oportuit ipsos armata manu redire ad locum superius nominatum, super quo magnas expensas fecerunt et dampna graua incurrerunt.

137. Proponunt etiam maior et comunitas predicti quod ipsis existentibus in prima obsidione dicte domus de Garro, gentes regis Nauarre interfecerunt .XVIII. de conciuibus suis ad obsidionem uenientes ex debito sepedictam et multos alios de conciuibus suis grauiter uulnerarunt, et adhuc etiam sub manu leuatione .IIII. conuiues suos qui per eos etiam temporis capti affuerunt. Estimatio expensarum et dampnorum acceptorum pro redito ad dictam domum de Garro obsidendam .C. lib. quas sibi petunt restitui, propter intefectos, de quibus petunt sibi fieri iustam emendam.

138. Dicunt etiam dicti maior et communitas Baionensis quod quando sui conciuies et vicecomes Auorte fuerunt occisi, amiserunt tam in bestiis, armaturis, funibus, uestimentis, quam in denariis et pane ac aliis apparatibus bellicis ad ualorem .C. lib. morl. uel ulterius, exceptis mortuis, pro quibus emmendam fieri sibi postulant et requirunt.

139. Isti sunt homicide qui interfuerunt occisioni et gladiationi ciuium Baionensium et vicecomitis Auorte et suorum, scilicet: Garcia Arnaldi de Garro, Petrus Estua filius eius, Lupus Gassie et Bernardus de Siuars fratres, Arnaldus dominus de Lecarra et frater suus, Bernardus d'Alsu et filius suus qui adhuc detinet armaturas vicecomitis Auorte, Lope Sanz Sorrosa, Aneco Sancii de Larrassa et filius ipsius qui manet in Cizia, Semenud de Lecharrague et frater suus qui manent au Sees, tres fratres de Naguiturri qui manent au Sees, Anerus de Villanoua qui manet au Sees, Bernardus Guillelmi d'Orcuit qui manet apud Beelhoritz, dominus d'Espila qui manet apud Armendaritz, qui relicto dominio regis Anglie se subdidit regis Nauarre, Lupus d'Erro et sui, Johannes d'Orbare et frater ipsius ac sui, Sancius d'Arraide, Garcia Baque,

Aneco, Martinus, Raimundus d'Arraidu et sui Johannes de Sateritds, Arnaldus Lupi d'Echaue et fratres sui, Sancius de Cambo et duo filii Arnaldi Sancii de Hatche, uidelicet Garcia et Raimundus cum complicitibus et seruientibus dicti domini de Hatche, et fratrem eius, qui omnes apud obsidionem de Garro fideles domini regis Anglie in eadem obsidione nocte ac die continue impugnabant. Interfuerunt etiam dicte interfecioni plus quam ducenti homines qui, omnes exceptis.,.XV. sunt et erant de dominio regis Nauarre.

140. Item dicunt maior et comunitas Baionensis quod rex Nauarre super cepit de mala tolta quam posuit apud Mayer ab ipsis et mercatoribus suis .XX. milia s. morl. que petunt sibi restitui.

141. Item dicunt maior et communitas Baionensis quod propter constitutionem quam ciuitas et burgenses Pampilone in preiudicium et grauamen ipsorum fecerunt, scilicet quod nemo qui deferret pisces uenales in Pampilonam extraheret, ipsos inde a die qua ingrederetur ciuitatem seu burgum predictos, usque in sequentem diem crastinam, sunt dampnificati in .X. milia s. morl., que petunt sibi restitui.

Ista petunt saluo iure addendi, diminuendi, corrigendi et suma expensarum ponendi ac damnorum.

#### **AGN, *Comptos*, caj. 5, núm. 39, ll, 4.**

##### *Iste sunt querimonis vicecomitis de Tartas*

142. Proponit vicecomes de Tartas quod, cum dominus rex Nauarre occasione guerre quam injuste mouebat contra dominum regem Anglie, agressus est terram quam uocatur Mixa, idem rex et sui interfecerunt ibidem Bernardum de Arraute militem, Guillelmum Bernardi de Samacoids, et Guillelmum Garçie de Mazbarraute, Arnaldum fratrem eius, Bernardum de Mazbarraute, Guillelmum Moliet de Mansbarraute, Arnaldus Garcie de Sosaute et Raimumdum d'Orzanquem.

143. Et combusit dictus rex cum exercitum suo quondam ecclesiam cum omnibus utensilibus suis, uidelicet libris, vestimentis et pro dolor eucaristia. Insuper multas alias ecclesias cum libris, vestimentis et aliis ornamentis dissiparunt.

144. Preter hec etiam distruxerunt dictus rex Nauarre cum exercitu suo burgos, villas ac molendina, et dissiparunt aulas militum et clericorum et domos agricolarum compsunserunt, ac etiam vineas et pomaria ac arbores fructiferas truncauerunt, propter quod dampnificauerunt eos uidelicet in pecoribus, blado ac rebus aliis ad ualorem centum milium s., preter intefectionem hominum. Et paratis est hoc probare tam per milites quam per clericos et agricultores ac alios fidedignos.

Hec petunt saluo iure addendi, diminuendi, declarandi, corrigendi et sumam expensarum ponendi et dampnorum.

145. Domina Bedaumes, vidua, petit ab Amigoto de Garro .CC.II. porcos, quos rapuit sibi quando erat bailius regis Nauarre, priusquam idem rex Nauarre ingrederetur Mixam.

146. Item petit ab eodem Amigoto de Garro .CC. .XXX. s morl., quos persoluit sibi pro redemptionem quinque hominum et hoc parata est probare per milites, clericos et rucolas.

*De parrochia de Ustaridz*

147. Anerius d'Aldaue, juratus, dicit quod rex Nauarre, cum exercitum suo, abstulit sibi domum et torcular, et dolium unum el milium, precium octo librarum morlanis.

148. Petrus de Guerre, juratus, dicit quod rex Nauarre abstulit sibi duo tecta, dolia et pomaria, et multa alia, precium .VIII. lib. et decem s. morl.

149. Comitissa de Guiguesguia, jurata, dixit quod idem rex abstulit sibi domum et dolia cum pomaciis et archas et frumentum, precium..VIII. lib. morl..

150. Sancius de Yrigoyen, juratus, dixit quod dictus rex abstulit sibi domum et dolia, precium .LXX. s. morl.

151. Petrus de Hyspirue, juratus, dixit quod dictus rex abstulit sibi domum et duos boues, precium .LXX, s. morl.

152. Aneco d'Yrigoyen, juratz, dixit quod dictus rex abstulit sibi domum et archas et duos boues, precium .LXX. s. morl.

153. Arnaldus de Landalda, juratus, dixit quod dictus rex abstulit sibi domum et unum bouem et arcas et dolia, precium .IIII. lib.

154. Maria de Gelos, jurata, dixit quod dictus rex abstulit sibi unum bouem, precium .XX. s. morl.

155. Guarçias de Saraspe, juratus, dixit quod dictus rex abstulit sibi domum et quedam alia, precium .XXX. s. morl.

156. Petrus de Yriart, juratus, dixit quod dictus rex abstulit sibi domum, archas et dolia, precium .XL. s. morl.

157. Johannes de Marrituri, juratus, dixit quod dictus rex abstulit sibi domum et quedam alia, precium .XX. s. morl.

Isti homines juratis fecerunt sibi testimonium ad inuicem.

Item, de parrochia de Ustaridz, duo taxatores jurati, Martinus de Iruber et Petrus Bernardi de Lelana.

158. Johannes de Saut, miles, amisit domum per Garciam Arnaldi de Garro et suos, tres vacas per Garciam Arnaldi d'Espelete, equum per Guarciam d'Arraidu, precium omnium istorum .XI. lib. et dimidium.

159. Martinus de Yruber, miles, amisit per exercitum regis Nauarre eo presente, domum cum utensilibus et pomata, precium .CCCC. s.

160. Petrus Bernardi de Lelana amisit petr exercitum regis, eo presente, domum et utensilia et torcular, precium .CCC. s.

161. Martinus de Juncars amisit per exercitum regis, eo presente, domum et utensilia, torcular et dolia, precium .DCC. s.

162. Anerius de Surayda amisit duas domos per exercitum regis, eo presente, precium .C. s.

163. Guarcias Willelmi amisit domum per exercitum regis, precium .VIII. lib.

164. Sancius d'Aryotz amisit bouem et uacam per Dominicum Estremil et Otsoeta de Berroeta, et .XXX.III. porcos per Arnaldum Lupi d'Etsaua, et Arnaldum Lupi paruam, et Sancium Arnaldi d'Echaua, et Lupum Arnaldi Belhare, precium bouis et uaccee .XL.II. s., precium porcorum .LXVII. s.

165. Porquet amisit duos boues et unam vaccam, boues per Arnaldum Bernardi, dictum Pei de Crabe, bacam per Sancium d'Issuri, precium booum .XL. s. morl., precium uacce .X. s.

166. Garcias de Cambo amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus et pomato, precium .C. s.

167. Bernardus de Nalgilha amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus et .V. porcos, per Johannem de Sombilh, precium domus .CXXX. s., precium porcorum .XX. s.

168. Arnaldus Fortin de Hariza amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, duos asinos per Arsisardum d'Osees, bouem per Arnaldum de Bidart, et asinum per Amigot de Garro in exercitu de Garro, precium domus et utensilium .C. s., precium duorum asinorum .XII. s, bouis .XVI. s. asini tertii .VIII. s.

169. Bernardus Aner de Garraut amisit per exercitum regis, eo presente, duas domos cum utensilibus, precium .IIII. lib.

170. Bernardus de Hahistura amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XXX. s.

171. Petrus Garçie amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XX. s.

172. Garcia Fortin de Lachalda amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus et pomato, precium .IIII lib.

173. Arnaldus Xemen amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XXX. s.

174. Maria Johannis de Surueta amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus et pomato, precium .XL. s

175. Aneco de Larcebau amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus et pomato, precium .XL. lib.

176. Petrus Santz de Hiriberri amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus et pomato, precium .XXX. s.

177. Arnaldus Sancii d'Estubil amisit equum per Garcias d'Arraidu et fratres ipsius, et tres vaccas per Garciam Arnaldi d'Espeleta et alias tres uaccas per Sancium d'Arraide, et duos boues per Lupum d'Erro, et .XXVI. porcos per Sancium d'Arrade, precium equi .IX, lib., baccarum .XL.V. s., aliarum trium .XL. s., duorum bouum .XXX. s., porcorum .L. s.

178. Petrus Sancii de Briscos amisit per exercitum regis domum cum utensilibus, precium .XX.V. s.

179. Petrus de Larrande amisit per Garciam Arnaldi de Garro, qui cepit eum et compulit eum ad redemptionem .XL. s.

180. Et unius ancipitris amisit etiam .X. oues per Guillelmum de Murua, precium ouium .X. s.

181. Sancius d'Ustaridz amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XXX. s.

182. Maria Bernardi amisit in exercitu de Garro, asinum, precium .VIII. s.

183. Contessa Willelmi, mulier, amisit bouem per Guillelmum d'Eratsu, precium . XX. s.

184. Delirata Sancii amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XXX. s.

185. Maria de Hesperu amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XX.V. s.

186. Sancius Johannis de Beraru amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XL. s.

187. Petrus Bernardi de Peruil amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XL. s.

188. Sancius de Ferriague amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .CCC. s.

189. Item amisit duos boues per Garciam Arnaldi de Larsebau et Sancium de Bastan, et .XVII. porcos per Sancium de Cambo, precium bouum .XL. s. precium porcorum .XXX. s.

190. Lobet de Lesalda amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XL. s.

191. Contessa de Subieta amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XXX. s.

192. Johannes Arnaldi amisit .XIIII. sol. per Garciam Arnaldi de Belsunsa, et .II. porcos, precium .VI. s.

193. Ispanus de Lelana amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .C. s.

194. Arnaldus Lupi de Villanoua amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XV. lib., et .XX. porcos per Garciam Arnaldi de Belsunsa et .II., boues, precium porcorum .XI. s., precium bouum .XL. s.

**AGN, *Comptos*, caj. 5, núm. 39, II, 5.**

195. Anerus de Bidart amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, dolia et torcular, precium .XV. lib.

196. Item amisit duos boues per Garciam d'Arraidu et Arnaldum Sancii, et fratres ipsius, precium .XL. s.

197. Bernardus de Castaingnada amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus et dolia, precium .CL. s.

198. Arnaldus d'Arrauts amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .IIII. lib.

199. Item amisit unum bouem et dimidium per Garciam Arnaldi de Belsunsa, precium .XX.VIII. s.

200. Arnaldus de Beguio amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XXX. s.

201. Auria de Torobiz amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .CL. s.

202. Maria Johannis amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XXX. s.

203. Jordana de Larauritz amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .XV. s.

204. Contessa Arnaldi amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .X. s.

205. Arnaldu de Mespa amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .C. s.

206. Maria de Berria amisit per exercitum regis, tonellum et arcam, precium .III. s.

207. Gaieta amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .C. s.

208. Daunet d'Aranseta amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .C. s.

209. Petrus Bernardi de Lelana amisit per Arnaldum Lupi paruum .VI. porcos, precium .XXIII. s.

210. Petrus Raimundi amisit per Sancium Arnaldi de Naguiturri .II. uaccas et .VIII. sol., precium vaccarum .XXX.II. s.

211. Item amisit per exercitum regis, eo presente, .I. bouem, duos porcos et dimidium, precium .XXX. s.

212. Arnaldus de Chauahen amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .IIII. lib.

213. Bernardus, faber de Jatsu, amisit per Garciam Arnaldi de Garro .XX.III. uaccas maiores et .XX. peguillos, que petit cum nutrimento.

#### *De parrochia de Sancti Stephani de Pagandurua*

214. Petrus de Pagandurua, miles, amisit per Garciam Arnaldi de Garro et Lupum d'Erro et Lupum Garcie de Siuars, .XXX.III. porcos et .XXX.III. s., pro redemptionem portarii sui, precium porcorum .C. s.

215. Item amisit domum cum utensilibus per Amigotum de Garro, precium .V. lib.

216. Item amisit per homines Garcie Arnaldi de Garro et Amigoti de Garro duos asinos et pannos uxoris sue, precium .XX. s.



217. Item Garcie Arnaldi de Garro debet ei mutuo .L. s. Juratores pro eo Garcia Arnaldi d'Uhalda et Arnaldus Sancii de Yrigoyen.

218. Item amisit per Garciam Arnaldi de Garro .XIX. porcos., precium .XXX. s.

*De parrochia d'Artangos*

219. Arnaldus Johannis de Naubeis, juratus, dixit quod Johannes de Sancto Petro, socius tunc temporis Sancii de Cambo, abstulit sibi .XX. porcos, et duxit illos in Cisiam, precium .VIII. lib. morl.

220. Et Martinus Chuste abstulit sibi .I. bouem et .I. uaccam, precium .XL. s.

*De parrochia de Bielafranke*

221. Raimunde de Sancto Martino, jurata, dixit quod Sancius de Cambo abstulit sibi .XXIX. porcos et unum asinum, precium quorum est .IIII. s. morl., et Sancius d'Arraidu .XV. oues, precium .XX. s., et Garcia Arnaldi de Belsunsa .XXIX. porcos, precium .IX. lib., et .XV. s, et Petrus Sancii d'Arraidu .III. porcos, precium .XIIII. s, Garcie Arnaldi d'Espeleta abstulit sibi .IIII. or vaccas, precium .IIII.or. lib.

222. Arnaldus Willelmi, juratus, dixit quod Bernardus de Hathe et Petrus Bernardi de Sancto Martino uulnerauerunt eum et duxerunt eum ligatum et tenuerunt eum in captiuitate .XI. septimanas, et compulerunt eum ad redemptionem .XL.IIIII. s.

223. Et homines Garcie Arnaldi de Garro et Amigot abstulerunt sibi duos boues, precium .XL. s.

224. Et Sancius d'Arraidu cum sociis abstulit sibi unum bouem, precium .XX.VIII. s.

225. Et dictus Bernardus de Hathe et Petrus Bernardi de Sen Martin ceperunt Bonetum, et compulerunt eum ad redemptionem .LX.IIIII. s.

226. Guillelmus Petri de Tismar, juratus, dixit quod Sancius de Cambo abstulit sibi V. s.

227. Et Guiraldus de Lissarrague abstulit sibi .VII. s.

228. Petrus Arnaldi d'Irrisarri detinet sibi .IX. s.

229. Socii Garcie Arnaldi de Garro abstulerunt sibi .II. boues, precium .XX.IX. s.

230. Guillelmus Arnaldi de Larras, juratus, dixit quod Per Estua et Guiraldus de Lissarrague et Martinus de Sancto Johanne rapuerunt sibi duos boues et quedam alia, precium .XL.VII. s.

231. Item Arnaldus Lupi d'Exagoe et Garcia Arnaldi de Harismendi rapuerunt sibi unum bouem, precium .XXV. s.

Isti omnes iurati fecerunt sibi testimonium ad inuicem super predictis,

*De parrochia Sancti Johannis de Luis.*

232. Domina Ualencia de Jalday amisit per Petrum Gonçaluo de Bastan .LXX. porcos, precium .VIII. lib. et .XV. s.

233. Aneco de Santz amisit per Garciam Arnaldi d'Espeleta et suos domum cum utensilibus, precium X. lib.

234. Johannes Sancii de Sansu amisit per Garciam Arnaldi d'Espeleta domum cum utensilibus et .XXV. porcos, et .XXX. capras et .XVII. apes.

235. Item amisit per Johanne Peires, merinum regis Nauarre, II, vaccas.

236. Item amisit per dictum Garsiam Arnaldi d'Espeleta .XII., conguas frumenti et .X. auene, et LX milii, precium domus cum utensilibus .C. s., precium porcorum .LXXV. s., precium apum .XVII. s. precium vaccarum .XXX. s., precium frumenti .XX. s., precium auene .VIII. sol., precium milii .L. sol., precium caprarum .XXX. s.

237. Aneco de Sansu amisit per Garciam Arnaldi d'Espeleta et suos domum cum utensilibus et blado, precium .IX, lib.

238. Item amisit per Johannes Peires, merinum regis Nauarre, .VI., vaccas, precium .IIII. lib.

239. Arnaldius Sancii de Pagandu amisit per Arnaldum Bernardi d'Orcuit unum bouem, precium .XX. s.

Isti omnes iurati fecerunt sibi testimonium super predictis.

240. Petrus de Sansu amisit per Garciam Arnaldi d'Espeleta .LIX. porcos, precium .XV. lib., minus .V. s.

241. Item dicit quod dictus Garcia Arnaldi d'Espeleta interfecit fratrem suum et amisit per ipsum Garciam Arnaldi vestes et arma, precium VIII. lib. Jurauit pro eo Arnaldus de Naubeis.

242. Bernardus Raimundi, prior Paradisii, iuratus, dixit quod amisit per Garciam Almorait et suos .C. oues, et .XXX.II. porcos, precium ouium CL. s. morl., precium porcorum .VIII. lib. morl.

243. Frater Petrus Bernardi, prior de Lefonsa, iuratus, in anima abbatis suis et propriam, dicit quod Gassie Baque et Sancius d'Araidu et fratres sui rapuerunt abbatie de Lefonsa .VI. vaccas, et .VII. porcos, et .I. bouem, precium horum .C. et .VI. s. morl.

244. Item dicit quod in captione suorum hominum et rapinis aliorum bonorum suorum dampnificauerunt predictam abbatiam in .III.or. lib. morl. et dimidiam malefactores predicti.

245. Item dict quod Garcia Arnaldi de Garro compulit Sancium, hominem dicte abbacie, ad redemptionem .VI. lib. et .XII. s. morl.

246. Item dicit quod Sancius de Yssuri rapuit eis .II. porcos, precium .XV. s. morl.

247. Hispania d'Orcuit, jurata, dicit quod amisit per familiam Martini Enecoytz .C. minus .II. porcos, precium .XXX. V. lib.

#### *De parrochia Sancti Johannis de Buidz*

248. Johannes de Sancto Johanne, juratus, dicit quod Garcia Arnaldi de Garro iniuste occasione fideiussionis rapuit ei .XIII. vaccas, precium .IX. lib. et .II. s.

249. Arnaldus de Heriart, juratus, dicit quod Raimundus d'Espilla et sua familia ceperunt ipsum et compulerunt ipsum ad redemptionem centum et .XX. sol., et abstulerunt ei .XII. porcos, precium .XL.VIII. s.

250. Item amisit per Sancium d'Araide bouem, precium .XX. ti. s.

251. Raimundus de Lariat, juratus, dicit amisit .II. boues per seruientes vicecomitis de Baigur, et per Arnaldum Arnaldi et Sancium de Naguitori, precium .XL. s.

252. Arnaldus d'Onderidz amisit unum bouem per Garciam Arnaldi de Garro, precium .XX. s.

253. Johannes d'Onderidz amisit per Raimundum d'Espilla .XVI. porcos, precium .LV. s.

Isti omnes jurati fecerunt sibi testimonium ad inuicem super predictis.

#### *De parrochia d'Espeleta*

254. Garcias d'Espeleta amisit per Arnaldum Lupi paruum et Gassiam de Heriart et Sancium Arnaldi d'Etsau .XXXIX. porcos, precium .IIII.or. lib., minus .II. s.

255. Fuit redemptus per Michaellem Garcie de Lerin .XVIII. s. et .VI. d.

256. Item amisit per Sancium Arnaldi d'Etsau .VII., capras, precium .IX. s. Juratrix isto Gracia de Beruidos, uxor eius.

257. Raimundus Arnaldi, capellanus d'Espeleta, amisit per socios Amigoti de Garro .I. bouem, precium .XX.III. s. Juratores pro eo Aneco de Uxauia et Lope Organuede.

258. Item capellanus, juratus in anima Arnaldi de Gortairi ut dicitur de mandato eius, petit pro eodem Arnaldo de Gortairi .I. bouem quem amisit per Martinum Baratsa, socium Guillelmi d'Espeleta, precium .XX.V. s.

259. Item capellanus, juratus in animam Sancii domini d'Espeleta, ut dicitur de mandato eius, petit pro eodem Sancio emmendam molendinorum d'Espeleta et aule et cellaris d'Espelete, et utensilium et pomacii et .C. ouium combustarum, et duorum milia pomariorum vastatorum, et damna illata uxori sue que sucesit ei in hereditate per regem Nauarre et suos, per Lupum d'Erro et suos, precium omnium milia s.

260. Aneco Uxaude amisit .XI. porcos per Arnaldum Lupi d'Echaga et socius eius.

261. Item amisit domum per Lupum d'Erro et socios eius et utensilia, precium porcorum .III. lib., precium domus et contentorum .C. s.. Jurator pro eo capellanus predictus qui quod capellanus admisitus fuit pro predictis Arnaldo de Gotharri et Sancio d'Epelete, quia ut dicebat non audebant intrare Baionam.

#### *De parrochia de Hetsa*

262. Petrus de Herenbillague amisit per Lupum Anerii et illos d'Espeleta .VIII. capita bouum et vaccarum, precium .VI. lib. Juratores pro eo Johannes Arnaldi et Bernardus de Carreta, vicini eius.

#### **AGN, Comptos, caj. 5, núm. 39, II, 6.**

#### *De parrochia de Hiruber*

263. Arnaldus de Hitsa amisit per Aneco Sancii et per Sancium de Viura, fratres, IX. porcos, precium .XIX. s.

264. Amisit etiam per eosdem .I. bouem, quem redemit ab eis .VIII. s.

265. Item dicit se expendisse pro querendis dictis porcis .VIII. s.

266. Garcia Arnaldi de Leichague amisit per Aneco d'Arraide et Martinum, fratrem eius, et suos .LIX, oues.

267. Item amisit per Amigot de Garro .XL. sol., de quibus redemit .IX, capita bouum et uaccarum, precium omnium ouium .LXX.III. s., minus .III. d.

268. Petrus de Huhagon amisit per Amigotum de Garro .III. vaccas, precium .XX.IX. sol. et redemit ab eo duas alias uaccas .XVI. s.

269. Item amisit per Garciam Arnaldi de Garro unam uaccam, precium .XVI. s.

270. Item amisit per Acssa Santz de Viura et Arnaldum Guillemi d'Ousees .I. vaccam, precium .XVI. s.

Isti homines jurati fecerunt sibi testimonium ad inuicem super predictis.

*De parrochia de Briscos*

Juratores et taxatores Arnaldus Sancii de Garat et Forcius Guillelmi de Firiart.

271. Sancii de Garat amisit per Amigotum de Garro et suos, et exiuit de Rupeforti domum et utensilia, precium .XX. lib. morl.

272. Item amisit per Sancium de Cambo .C.X. s. morl., et posuit ipsum a Lecarra.

273. Item Forcius Guillelmi de Firiart amisit .XX.III. porcos per Sancium d'Arraidu, precium .LX. s. morl.

274. Arnaldus Sancii de Hyriague et Guillelmus frater suus, amiserunt .CC. s. morl. per Amigotum de Garro et suos, et exiuit de Rupeforti et rediit cum ipsis a Roquefort.

275. Sorbe de Hyrimberri amisit per Amigot de Garro et suos domum et utensilia, precium .X. lib., et Amigot exiuit de Rupeforti et rediit a Roquefort.

276. Item amisit per Johannem d'Orsasenete duos asinos, precium .XX. s., morl. et manet apud Orsoe en Bastan.

277. Nauarre de Guerre amisit per Amigotum de Garro et suos domum et utensilia, precium .X. lib. morl. et Amigotus exiuit a Rupeforti et rediit ibidem.

278. Nauarre d'Olhatse amisit per Amigotum de Garro et suos domum et utensilia, precium .X. lib. morlanorum, et Amigotus exiuit de Rupeforti et rediit ibidem.

279. Nauarre d'Olhatse amisit per Arnaldum Bernardi Pei de Crabe .I. bouem, precium .X. s.

280. Nauarre de Guerre amisit per Petrum Sancii d'Araidu .I. bouem, precium .XVIII. s.

281. Petrus de Paganduru amisit per Garciam Arnaldi de Naguiturri .VI. porcos, precium .XXX. s. et manet apud Ossees.

282. Sorbe d'Irunberri est compulsa ad redemptionem per Forcium Arnaldi de Mendilleharsu .C. s., et manet apud Arberoa.

283. Messeriat de Paganduru amisit per Garciam Arnaldi de Garro et suos .XIII. porcos et .XVI. oues, precium porcorum .LXX. s, ouium .XXX.IX. s.

284. Item conqueritur de eodem Garcia Arnaldi de Garro qui posuit ipsum fideiussorem Baione erga Guillelmum Arnaldi de Luc et socios suos, qui propter hoc petunt ab ipso milia s.

*De parrochia de Bassessarri*

285. Petrus d'Ossages amisit per seruientes Amigoti de Garro .I. bouem, quem reninuit ipso iniusto domina de Ruela.

286. Item amisit per Arnaldum Sancii d'Araidu et fratres suos.II. boues et utensilia, precium utensilium .III. sol. et precium bouum.LX.VI. s.

287. Johannes de Faurgues amisit .I. bouem per Garciam Baque et fratres suos, et .III. pailletos et .II. solidatas panis et .I. currum, precium bouis .XX. sol., precium pailletorum .VI. s., precium currus .IIII. s.

288. Amata de Larrer amisit per Garciam Baque et fratres suos .II. boues, precium .XL. s.

289. Item amisit per eosdem currum et pailletum que estimat .III. s.

290. Angeler amisit per Garciam Baque et fratres suos unum currum et pailletum, precium .VIII. s.

291. Isti inuicem iurati fecerunt sibi testimonium super predictis, et dicunt pro se ipsis et quibusdam aliis uicinis suis absentibus se fuisse captos per Amigot de Garro et redemptos per ipsum et patrem suum .IIII. lib.

*De parrochia de Suraide*

292. Johannes de Suraide amisit per Garciam Arnaldi d'Espeleta et socios suos scilicet Sancium Arnaldi filium Arnaldi Blanc, Johannem Ortiz et quosdam alios, .C.XX. oues, precium .IX. lib.

293. Seynoretus, prepositus de Ustaritz, amisit .II. malos cum finibus per Martinum Bracsa, Johannem Ortiz, Domincum Haretha et senescala socios Garcie Arnaldi et Amigoti de Garro, precium .XVIII. lib. morl.

*De parrochia d'Orroingna*

Duos taxatores iurati, Per de Horsebau et Arnaldus de Sancto Vincencio.

294. Petrus de Horsebau amisit .V. porcos et unum porcum per Sancium Arnaldi et alios socios Garcie Guillelmi d'Espelete, precium .XL. s.

295. Arnaldus de Sancto Vicencio fuit compulsus per Johannem de Herismendi et alios seruiantes Garcie Arnaldi de Garro ad redemptionem .XI. lib. et .V. s.

296. Amisit etiam per eosdem .LXX.VI. porcos, precium .XI. lib.

297. Petrus Arnaldi de Lelane amisit cum patre suos .XX.III. vaccas per Lupum Anerii, precium XX. lib.

298. Item amisit per socios Sancii de Lissarague .III porcos, precium .XXX. s.

299. Petrus Arcids amisit duas uaccas per Sancium Tyso et socios suos, precium .XXX. s.

300. Johannes de Horsabaus et Dominicus Johannis amiserunt per Martinum de Saxo et Johannem de Thais .XXX.VI. porcos, precium .VII. lib.

301. Item Sancius Arnaldi et alii seruiantes Garcie Arnaldi de Garro compulerunt ad redemptionem .VIII. lib. et .VIII. s. Acearium, paruulum sororium ipsius Johannis de Horsebaus.

302. Maria Sancii amisit per Garciam Sancii et Martinum de Thala domum, molendinum et utensilia, precium milia s.

303. Dominicus Petri amisit per seruiantes Martini Enecoitz et Sancium de Tyso et Sancium de Lagornaga .XX. VIII. porcos, precium .VI. lib.

304. Et amisit unum bouem per Anerium d'Amots, seruientem Martini Enecoitz, precium .XX., s.

305. Item Arnaldum de Sancto Vincencio amisit .XXX. III. porcos per Garciam Guillelmum de Sancto Stephano, precium, C. s.

306. Domina Gracia de Laralda amisit domum cum utensilibus per Lupum Anerii et socios Garcia Guillelmi d'Espeleta, precium .L. lib.

*De parrochia Sancti Petri d'Iuarren, juratis*

Duo taxatores jurati Guillemus Arnaldi de Feuti et Fortinus Ortiz.

307. Guillelmus Arnaldi de Feuti cui debet Egidius d'Ordais .VI. lib. pro pascuis porcorum.

308. Item Anerius de Bertin debet eidem .C. s. quos soluit pro ipso. Petit debita predicta.

309. Fortinus Ortiz amisit per Garciam Almorauitz et exercitum regis Nauarre domum et res alias, precium .C. s.

310 Garcias Sancii amisit per exercitum regis domum cum utensilibus, precium .C. s.

311. Item amisit per Johannem Ortitz et alios socios suos Dominguet. XX. et .VII. porcos., precium .C. s.

312. Arnaldus de Haas amisit per Garciam Almorauitz et exercitum regis domum cum utensilibus, precium .C. s.

313. Arnaldus d'Armola amisit per Garciam Almorau et Garciam Arnaldi de Garro domum cum utensilibus, precium .VIII. lib.

314. Eneco d'Ordoitza amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .IIII. lib.

315. Maria del Fleis amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, precium .LX. s.

316. Garsias Arnaldi amisit per exercitum regis pannos cum aliis rebus, precium .X. s.

#### *De parrochia Sancti Martini d'Arriberalonga*

Duo taxatores jurati Garcia Arnaldi d'Ualda et Guillelmus de Locata.

317. Garcia Arnaldi d'Ualda amisit per exercitum regis, eo presente, domum cum utensilibus, dolia et pomacia, precium .XX. lib.

318. Guillelmus de Lochata amisit per exercitum regis, eo presente, pomacium et cremalium et alia utensilia, precium .LX. s.

319. Guillemus Sancii de Hiriguian amisit per exercitum regis frumentum, auenam et pannos, precium .XXX. s.

320. Petrus de Narbais amisit per exercitum regis, eo presente, .III. domos, precium .C. s.

321. Fortinus d'Alduyda amisit per Dominicum d'Estremil .II. boues, precium .L. minus .III. s.

322. Item amisit per Michaellem, filium Gratie Chemen, et Lupum Furia. XVI. s. et .VIII. d.

323. Sancius de Halsu, juratus pro patre suo, amisit per exercitum regis, eo presente, bladum, pomaria, dolia et arcas, precium .LCX, s.

324. Maria Guillemi de Landaleta amisit per exercitum regis, eo presente, arcas, apes et pomaria, precium .XX. s.

325. Comitissa de Hiriguian amisit per exercitum regis, eo presente, bladum et pannos, precium .XXX. s.



326. Arnaldus de Heruspa amisit per exercitum regis, eo presente, .I. vaccam, bladum oues et dolia, precium .LXX. s.

327. Guarcias de Hyriart amisit per exercitum regis, eo presente, .XX. cocas milii, dolium et pomacium, precium .XX. s.

328. Item idem juratus pro Gracia de Hyriart, sorore sua, que uenire non poterat, dixit eam amisisse per exercitum regis, eo presente, domum, pomacia, uasa, precium .XXX. s.

**AGN, *Comptos*, caj. 5, núm. 39, II, 7.**

329. Arnaldus Bernardi de Lecata amisit per exercitum regis, eo presente, .VII. sol. in pecunia et pomatium, precium .IX. s.

330. Garcias de Garat amisit per exercitum regis, eo presente, bladum, pomacium et utensilia, precium .IX. s.

331. Ecclesia Sancti Martini de Riberalonga amisit per eundem exercitum librum et uestimentum, precium .XX. s. Amisit etiam duas ollas.

*De parrochia de Bardos*

332. Bernardus de Bardos, domicellus, amisit per Bernardum de Belsunsa .VII. boues, precium .VII. lib.

333. Amisit etiam per Martinum d'Arraidu et Aneco d'Arraidu arborem, torcularis, molas et ferrum molendini, precium .VI. lib. Juratores pro eo Guillemus d'Armendaritz et Petrus Bernardi de Lana.

334. Bernardus, tornerius d'Aynoa, fuit captus per Bernardum de Belsunsa et Sancium Arnaldi de Herrieta et compulsus ad redemptionem .XVIII. lib. et .V. s. Juratores pro eo Guillemus d'Armendaritz et Bernardus de Bardos.

335. Guillemus d'Armendaritz amisit per Garciam Arnaldi de Garro et Lupum d'Erro et suos, pomaria sua, nuces, domum, molendinum et ortea, et propter ipsius amisit duos equos per Garciam d'Arraidu et fratres eius.

336. Item combussit alia domum ipse Guillemus, timens quod rex Nauarre occuparet eam, precium ultime domus .XXX.VI. lib.. Precium omnium aliorum milia sol. et .XXX.VI. lib. Juratores pro eo Bernardus de Bardos et Petrus Bernardi de Lana.

*De parrochia de Sansa, jurati*

Duo taxatores jurati Guillemus d'Armendaritz et Petrus Bernardi de Lelana.

337. Sancius de Lelana amisit per Amigotum de Garro et Sancium de Cambo duas domos, dolia et pomatium, precium .XL. s.

338. Amisit etiam per Amigotum de Garro et Sancium de Cambo duas domos, dolia et pomatium, precium .XL. s.

339. Bernardus de Cruchiage amisit per Amigotum de Garro et Sancium de Cambo domum, bordam et .VII. dolia., arbores, nuces, precium .XXX.V. lib.

340. Amisit etiam per Amigotum et Lupum Anerii .C.X. oues et .II. vaccas, precium .VII. lib. et amisit per eosdem .XL.III. s.

341. Sancius d'Urcindoi amisit per exercitum regis Nauarre cum patre suo, presente rege. .C. et .XI. porcos, precium .VII. lib.

#### *De parrochia de Lesaca*

Duo taxatores jurati Guillemus d'Armendaritz et Petrus Bernardi de Lelana.

